omnibus controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prorogationibus alijsque in universum cuncti iuris remedijs et defensionibus sese abrenunciando habeatur.

Zdrodowsky **obligatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter comparens Nobilis Mathaeus olim Adami Zdrodowsky Annorum quindecim cum Nobili Joannis Kamienskÿ avunculi sui germani assistentia et consensu, Consentaneo sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Bartholomaeo olim Alberti Zdrodowsky et ipsius successoribus pro bonis Bonorum suorum immobillium in haereditate Zdrody antiqua sitorum vid. in sorte Dradobyczna per parentem suum a Nobili Andrea Zdrodowsky iure perpetuo acquisitis vid. totam et integram sortem suam se legitime concernentem cum agris pratis campis sylvis cumque omnibus et singulis utilitatibus fructibus provenientibus redditibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis in octodecem florenis polon. hinc ad exemptionem et summae ipsa totam integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit et invadiavit. In quorum illi exnunc realem cum pacifica possessione per Ministerialem et duos officio accepit dat et admisit. Pacem quoque occasione praemissorum ab omni impedimento cuiuscunque personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eius cavet sub vadio simili. Et coram officio praesenti in primo Citationis termino peremptoria sessione. omnibus in universum iuris remedijs et defensionibus legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenunciando.

Wlostowsky **quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter comparens Nobilis Bernardus filius Nobilis Stanislai Wyszensky Camerarius Terrestris Bielsceñ sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Valentinus et Joannes Wlostowsky ex obligatione bonorum Wlostowo in loco dicto post Modrzydlo sitorum per olim [illegible] Evam Zebrowska genitricem praefati Valentini Generoso Thomae Wyszensky Camerario Terrestris Bielsceñ antecessori recognoscentis in summa octo sexagenarum polon. coram actis Terrae Bransceñ inscripta eandem summam octo sexagenarum polon. exolvit ideo ipsum quietat emittit et liberos facit. Tum et iure inscriptionis praecessus occasione eorundem bonorum obtentis emittit inscriptionem eiusmodi et processum totum cassat et annihilat perpetuo.

Actum in Curia Regia Bransceñ Feria secunda post Dominicam Exaudi proxima Anno Dñi 1649.

G. Szablowskÿ **Donatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ personaliter comparens